Salutes tpe nō caſuras vllo. Qd hūc virū de q̄ mecū nūciꝰ tuus ml'ta verba fecit in domū tuā ābigis ſuſcipere / nihil facis a tuis moribus alienū. Bene in agendis deliberare ſapiētū eſt quorū extra numeꝝ nemo te ponit. Sed quo certior fias / habu tis manus pice linitas: ꝛ ſp aduncas: vel quaſi aqua lotas plātaginis: eiuſqȝ vi ꝯtractas / accorū cerneres caudētibus pruinis appoſitū Nihil cuiq̄ ꝓpriū exiſtimat / ſed putat ꝯmunia oībus omnia inherens illi poetico medio: poſuit deus oia cāpo. Nō em̄ bonis alterius infenſus eſt: nec multū pōderat / quovēto res cōfletur / modo ſuo cumulo accedāt. Tenes qd velim. Ceteꝝ ſi noua petis. Ita nobiſcū eunt res / vt nulle nobis epule dulces ſunt: nūq̄ felix ſopor: nocteſue qete / Sepe nos rumor ſine autore ꝯperſus ꝯterret: falſaſqȝ nobis imagines ꝯſtruimꝰ: in peiuſqȝ ſingula vertimꝰ. Omis em̄ noſter ſermo luctibꝰ eſt: ꝛ ſuſpiris plenus: ſpqȝ illō virgilianū ante oculos verſaf. Bella horrida bella: et tibrim ml'to ſpumātē ſanguine cerno. Multa nobis diritas fideꝝ: atqȝ fatorū eſt. Gladius ſp ceruici herere videt. Uale. ex Louanio tarde dū ſurgit nox auctura timores.

Conſulitur amico ne ad animum trahatur oblocutio detractoris. Epiſtola. CCxxxv.

Plurimam fauentiſſimo corde ſalutem. Nuper ad me venit amice ſincere vicinus tuus / de quo merito conqueri ſoles: multa de te plena bucca perferens / qui meas aures rupit ſua ſtultiloquentia / cum ſit omni pica: graculoqȝ loquatior / cuius mores lingua pandit. Uilia em̄ verba / vilē aīum ꝓfitent. Conſulo ne ad animi indignationē traxeris: indigneue tuleris, qd de te garriat. Oia namqȝ mala licet etiā leuia ſint ꝑ impatientiam

ingrauescũt. Suus cuiqȝ mos eſt. Jaȝ ei male dicere in naturã verſuȝ eſt. Quis ꝯtra naturã certabit: qs pelago ne fluctuet ꝑ bibebit: vel igni ne caleat: Loquax inimic⁹ min⁹ offẽdit. Raro mordet canis/qui latrat. Nocet magis ira q̃ tegitur. Min⁹ faciunt q magna loquũtur. Sed vt verꝫ fatear Cepit tãdẽ dũ me longo tp̃is tractu audiuerat in bonã ꝑtem linguã ſuã inflectere: Aiebat eñ ſe cupere ſeſe fraterno ſub amore tuis affectib⁹ conformari: Et ꝙ oĩa vetera forẽt in obliuiõis campo ſepulta. Rem meo iudicio feceris tuis morib⁹: tueqȝ virtuti nõ imparẽ ſi immotũ ſp aĩm tenueris/prorſus nihilipẽdo quid dicat: agat: vel moliatur. Tu fac valeas: quieteqȝ viuas: areãqȝ illi vituperationis relinquas. Jllius ſit male dicere: tuuȝ bene facere.

Rñſio ad precedentem cum deteſtatione detractoris et ſuorum morum. Epl'a. CCxxxvi.

Proſpitatẽ optate ſalutis. Ex calce lraꝝ tuaꝝ fidiſſime vir accepi/ꝙ inuidus meus ml'ta tibi pulchra dixit/q̃ apũ te innocentior: vrbaniorqȝ videret. Jtaqȝ cauteloſe h̃ efficit/ nõ vt abſcindat: ſed abſcõdat vitia/q tñ vſqȝ adeo inuid⁹ ꝑmanet vt ſi poſſet/oculos hoĩbus effoderet/ne ſolẽ viderẽt. Verꝫ ſi capillũ in hoĩe hẽat/cito excreſcere facit in trabẽ more muſcaꝝ nil boni actur⁹/ſed ea mox fedatur⁹ ſi q̃ bene acta ꝯſperit. Neſcio cur tãtope miraris/ſi laceſſit⁹ tãtis iniurijs moueor/q ſi vides lapidẽ teri/ignẽ videbis erũpe. Quid mirũ ſi in aĩatis ego rebus mol'or nõ ãplius ipſis ferre valeã. Noſti eñ q̃ʒto conatu ille: ille ſupi quẽ fulmĩe ꝑdant/famã meã nigrare moliat̃: vt ſub illi⁹ vmbra poſſit ſuã infamiã occultare. Si mihi tñ ad vindictã tãta volũtas adeſſet/q̃ʒta facultas/nũq̃ʒ hec feciſſet libere: licẽter ĩpune. verꝫ de h̃ alias. Cũ ꝑ ociũ dabit̃/tecũ plurib⁹agã. Si qd ex me velis ꝑ̃cipito. tuis nãqȝ nõ modo mea/ſed meipſum totum ex plenis viſceribus cordis impẽdo: et bene valeto:

Scribit filius ꝓ veſte. Epl'a. CCxxxvij.

Obedientiam humilimã ex centro cordis loco ſalutis. Nouit veſtra paterna benignitas honorandiſſime pater/ q̃ʒ inde

coꝛā ſit inter honeſtiſſimos viros/q̄s inter verſari me ſp̄ opoꝛ-
tet/vili:abiecta:laceraq̄ʒ veſte ꝯparere. Detritū id totū ē qdq̄d
veſtiū habui. Vix filuʒ filo coheret. Rogo igit̄ hūilima p̄ce tu-
nicā mihi fieri longā:⁊ latā/nō auaro foꝛcipe ſciſſaʒ/eāq̄ʒ rubeā
qua veſter ī me fauoꝛ⁊ honoꝛ eluceāt magis/q̄ valeā nō modo
veſter fili⁹/ſed vel dilect⁹ iudicari. Valete in valitudis largito
re. Ex Louanio adeo rapti/vt nō tā currere man⁹/q̄ʒ dcurrere
videret̄: Junij p̄ma ſub nocte ſilēti. ¶ Ep̄l'a. CCxxxviij.

¶ Rñſio in prima parte ſerioſa. in calce deriſoꝛia.

¶ Petis fili veſtem/et quidē rubeam/vbi in hoc hyiemis ad-
uentu nō caloꝛē/ſed coloꝛem poſtulas/qui nō tam neceſſitati/
q̄ʒ iactātie ſubueniri requiris/qui veſtiū cultui magis videris
inſiſtere/q̄ʒ ſciētie:vel virtuti qui credo pueroꝝ moꝛe veteres
veſtes volēter laceras:vt nouas recipias. Vtiq̄ʒ fili nō tātope
re coꝛpoꝛis cultū curares/niſi neglecta tibi mēs eſſet:incultaq̄ʒ
virtutibus. Quid longaʒ:⁊ latā veſtē queris/que lutum:⁊ pul-
uerem trahat;et in humum demiſſa calcetur:eamq̄ʒ rubeam et
oculis ſplēdidā/que te non oꝛnaret/ſed tuā ſtultitiā p̄deret.
Namveſtis/q̄ʒ par eſt/inſignioꝛ. Et mouere alios ſolet in riſus
atq̄ʒ cachinnos:prudētib⁹ aūt viris inter quos te verſari dicis
ſemper accepta ē neglecta cura decoꝛis tali moderatiōe/vt nec
ſoꝛdeat veſtis:nec ſplēdeat. Veſtias velim animū virtutibus. H̄
veſtis ſolida eſt:⁊ ſincera non a caſu pendula. Pro veſte auteʒ
coꝛpoꝛis tui mittā tibi griſeā veſtē/ne pediculi quos abunde
nutrie ꝯſueſti/tuo cū pudoꝛe ſeſe oculis hominū ingerāt. Ani-
malia eīn id genus griſea facile occulit griſea veſtis. Scis enim
q̄ ſimilis coloꝛ ſimilem tegat:p̄dantq̄ʒ ſe contrarij. Cōmenda
me magiſtro tuo viro mihi ob ſuas virtutes ſumme colendo.
Ex Doꝛdraco octobꝛis decima celeri manu:et auida penna.

¶ Scribit amicus amico non poſſe votis ſuis ſatis eſſe
cū excuſatiōe:et oblatiōe. ¶ Ep̄l'a. CCxxix.

¶ Plurimas coꝛpoꝛis animeq̄ʒ ſalutes. Non ſum beniuo-
lentie neſcius vir preſtantiſſime/quam in me ſepiſſime magno

aceruo ꝯgeſſiſti/q me tantis ſp meritis.atqꝫ fauorib⁹ aff:netere
ornaſti:et p̄ueniſti/ivt eoꝝ pre multitudine totus in me abſor-
pt⁹ videaris/quo flāma mihi amoris in te ſuccreuit/cui⁹ exube-
rantiā tacere ſtatui:et meā ad tua ſeruicia oblatiōem/ne in me
clamitet pictagoras.Age magna:nō magna ꝓmitt ēs.Diuites
verboꝝ inopes reꝝ eſſe ꝯſueuerūt.Magnis ꝓmiſſionib⁹ mini-
mū fidei eſſe ſolet.Si quid igit̃ ex me velis ſcribe: pete: expire
Dabit expientia fidē.Sed ne inani alaris ſpe/nihil hic loci eſſe
video/qȯ faciat ī rē tuā.Nā ſūptus hic lucra exuperāt.rē pau
cis tenes.Aliūde tibi ꝯſulas oportet.clare loquor.Sſpo iāpri-
dē te gandaui cū apȯ te agerē lucide cognouiſſe me his mori-
bus eſſe/vt verbis paſcere didiceriꝫ nemīnē.Quod āplius ſcri
bā habeo nihil/niſi ꝙ letus valeas.Ex Louanio manu leui ra
ptius ictu fulminis. Epiſtola. CCxl.

Inuitatio ptiꝫ ſerioſa:ptiꝫ iocoſa/vt frequēs ſit ſcriptio
Salutes deſiderijs ꝯpares.In primis te plurimū rogo cariſ
ſime vir/id mihi ꝯcedas/ne minorē de me geras/fidē/ꝙ qui te
ſaluū:⁊ res tuas maxime optant.Velimqꝫ ego intelligas te ha
bere in me hoīem amātiſſimū tui:et ſine vlla exceptione deditiſ
ſimū tibi/qui et ſi corpore tibi p̄ſens eſſe nō poſſum/amore tn̄:
et ſpū aſſum.et tu ex aduerſo is es qui nullū erga te ſterilē amo
reꝫ ſinis.Noſtra ergo amicicia/quā nec locoꝝ:nec tēpoꝝ ma-
gnitudo diuellere poteſt/nos ad calamū trahat.Amo litteras
tuas/q̄s tenaci:fideliqꝫ ſeruo memoria/quas nūꝙ video qn mi
ro quodā calore ſcribēdi ardeam rurſus.Si taces/maior mihi
ſcribendi cupiditas ſilentio concitatur.Quid em̄ pulchrius ꝙ
amicum epiſtolis colloqui:ego em̄ ſic mihi ſuaſi aut nullū eſſe
bonum in vita:aut illud eſſe cū amicicia iunctum/qui inter ab-
ſentes niſi epiſtolis florere non poteſt.Sepe mihi pollicitus es
frequenter ſcribere.Verum ſi in memoria tua quid foraminis
fuit quo ꝓmiſſum exciderit/rogo id obſtruas/ne quod de no
uo p̄cibus iam meis infundo iterum:atqꝫ iterum decidat.Sed
ſatis iocatus ſuꝫ.ſerioſa iaꝫ p̄ce poſtulo.Sepe:ac ſepe ſcribito.

nec velis te āplius excuſatiōe/q̄ negligētie ſp̄ ſocia eſt expurga
re/q̄ nihil habueris qđ ſcriberes q ſaltē illud ſcribere potuiſti
te nihil habere qđ ſcriberes. Si vales bene eſt. ego quoq; valeo.

¶ Epiſtola rn̄ſiua: et excuſatiua frequētis ſcriptionis ex
qualitate tp̄is.

¶ Epiſtola. CCxli.

¶ Votis potiri loco ſalutis. Sepe ad te ſcribere ſtatuerā colē
de p̄ceptor/ſed alia ex alijs īpedimēta ꝯſurgūt: veteribuſq; ne-
gocijs noua ſp̄ accreſcūt: nec priora pagūt: oiaq; negocia mea
ſe miſcēt: et ꝯfundūt/vt vel ſe pellāt/vt ꝓcella ꝓcellā. vel ſeſe tra
hant vt cortina cortinā q̄ ſp̄ mentē a cepto auertūt. Vix ad me
diaz horā ſomn⁹ mihi obrepit ſub tāto pōdere negocioꝝ. Semp̄
em̄ mihi adſunt ſine fine labores/q̄bus nō ſubſiſtere poſſuz niſi
per labores requiē quererē/q in rege regē nō inuenio. Te igitur
eroratū velim/vt raritati ignoſcas/ad quā me neceſſitas: nō de
ſidia traxit. Sed in ſūma illud habeto/ꝙ aliqua magna reſtāt q̄
hoc tempore: etiā ſi mihi ociū eſſet pēna nō ſineret effluere. Sūt
enim periculoſa non aperte frontis tēpora: adeoq; turbata oīa
vt nemo ſciat quo nauiget vento: vel quas in manus littere/ſi
quas ſcribat/caſure ſint: et quantum leſure/ſi male ceciderint
Tacebo igitur ne verba forte aliqua incautius prolata ſtatui
obſint meo/qui quo eſt paruus: fiat nullus. Vale. ex ypris ia-
nuarij tercia tarde/vt: cum epiſtola dies ipſe clauderetur.

¶ Petitur conſolatio ſuper cauſa pendente coram offi-
ciali; et aſſiſtentia.

¶ Epiſtola. CCxlij.

¶ Salutes plurimas ſuaui amore ſpirantes. Cauſam habeo
coram officiali morinenſis venerabilis domine/quam potentia
aduerſarij mei huc uſq; potius q̄ʒ equitas rexit/quam ſi perdo
ſtatui meo grauiſſimum vulnus infligitur/quod ne accidat in
tua bonitate poſitum eſt. Mitto tibi in ſcedula his incluſa ca-
ſum: atq; proceſſum/ſuper quo conſultationem ſcribito: Et ſi
quid in ꝓceſſu per me minus preuiſum ſit/tua prudētia corriga
tur. Nam ad te tanq̄ʒ ad portum quēdam: et firmā conſiliorum

anchoram cōfugio/qui in tuā grām:et prudentiā oēm meā cu
ram.cogitatiōes:mentē deniq; omnē:et ſpē meā fixi: et colloca
ui.Vereor em̄/niſi adiuueris/cām meā in piculū eſſe lapſuraȝ.
Non qdeȝ ꝙ de iure meo dubiū ſit:aut ſiniſtre de iudicū ſuſpi
cer equitate/ſed qr aduerſario mei tātus litiū amor eſt/ vt niſi
cuȝ eius aſtutia tua diligētia:tuaq; induſtria certēt/nō videaȝ
quo facile dicta cā ſubſiſtere poſſit/qn indefenſa tāto aduerſa
tori cito ſuccūbat/qđ ſi feceris expecta futuꝝ/ꝙ tuis votis li-
bens:paratuſq; pareā:nec em̄ tā meū ꝯmodū mihi caꝝ erit/ qđ
ex te accepero/q̄ȝ fuerit mihi relatio graꝝ iocūda/q̄ ꝛ ſi forſaȝ nō
taȝ digna erit vt tua merita exigēt/tn̄ ꝛ iuſta erit:ꝛ debita:ꝛ ſi
poto gratioſa.Vale fortꝫ ſp:ꝛ ſan⁹:ferriq; recocti robore firmior

Rn̄ſio ꝯtinēs iudicis laudē. Ep̄la.CCxliij.

Salutes placidiores gēmis:ꝛ auro.Si tua cā vir dilectiſſime
iuſtitia fulgeat/nihil ē q̄ deſpes.Judex em̄ vir lr̄is intergerrim⁹
eſt iuriſq; peritiſſimus/q a ſemita recta deflecti nō poterit:adeo
q; amat qđ equū eſt/vt nihil poſſit/niſi equū facere.linceos hēt
oculos videt/vt Arg⁹ Partiū verſutias ſua induſtria facile no
ſcit:faciliuſq; frāgit atq; retūdit:ꝛ q̄ cauillatiōib⁹ ſiniſtris ꝑtes
cōfuſa efficiūt:atq; turbata/mox oīa in ſedē debitā: ꝛ locū re-
ſtituit/q facile ꝑſpexerit/ne cāe tue equitatē iproba hoīum cō
ſilia vincāt:in ſolāq; iuſticiā lumia ſua fixa tenet:nec ꝑce:nec au
ro declinat ab illa.Vale:ꝛ me puta tibi ſp deditiſſimū fore/qn̄q
deȝ ſic tua imēſa de me expoſcūt merita/q̄ ſi forte nō fortē:aut
potentē/vt velis/ꝯſtantē tn̄ tibi aīuȝ ſp polliceor: atq; volentē.
Jn ꝓceſſione oppidi tui me tibi preſentem contuliſſem/niſi
maris tumor increſcens mihi tranſitum denegaſſet.

Rn̄ſio alia in aliā partē. Ep̄la. CCxliiij.

Amicicias ſolidas minutione carentes. Aduerſarius tuus
vir eſt verſuto:occultoq; ingenio:et eo plane improbus atq;
huiuſcemodi moꝝ/vt ne dicam alienos/ſed ne ſuos qdē in pa
ce relinquat/quos iniuriis:ꝛ ꝯtumelijs quotidie ꝯſectat̄. ſe tn̄
innocētiſſimū fingit.Mō q̄ritur:mō gemit. Nunc tp̄s accuſat

nſic hoies. Juſticiā ſuā pdicat/vt pallio verboꝝ fallacias tegat quo hoie nihil pduxit natura fraudulēti⁹. Sed certe interea/ꝙ aduerſari⁹ tu⁹ dolis certat/vinces/ſi exadūſo certaueris nūmis Judex em̄ qd vis faciet/ſi eū munere paſcas. venalē pſtituit iuſticiā eius aīmo inte benigno gratia carebis/niſi eius auaricie tuis munerib⁹ hiatū oppleueris. Aliam: ꝛ ſanguinē vēdet/ſi emptoreȝ hēat. Sed hac in re ſilētiū moderationē hēbis/ne incaute q̄ ſcribo reueles Nam verbū alas habere fingit Homerus/qm̄ ꝛ volat celeriter: et nō facile emiſſuȝ reuocatur. Que igitur ſub tegmine dixi: ſub tegmine ſua: et bene vale. Scriptū celeriter volāte calamo equa fuga ſagittis. Ep'la. CCxlv.

Querela amici ad amicū q ab hoſtib⁹ captus eſt.

Neſcio frater optime qd ego infelix ſiniſtro ſub ſydere natus in ſupos demerui/ꝙ tātis calamitatib⁹ ꝯcutior Pridie eius diei q̄ꝫ ciuitas caperet exire conat⁹ agmē armigeroꝝ incautus ſubintro: ꝛ pda bellica fio: nō potēs pedū celeritate ſaluari. Nec aliud video q̄ꝫ ꝙ tetro carcere cogar putreſcere. pch dira deus nimiū dira potētia fati. Nō tn̄ hec me ſcribere arbitrare: vt aliqd mea in cauſa tuo agas detrimēto: nec volo meā amiciciā tibi iacturā attuliſſe. Ubi tn̄ abſqȝ incōmodo tuo cū reliqs amicꝭ modū mee redēptiōis adinueneris: iā vitā dederis morienti/qd inextimabile mun⁹ nūq̄ꝫ erit a mente ſeiūctuȝ. Uale. datum ex loco tenebris: ꝛ ſqualore pleno: ꝛ quidē palpādo potius q̄ꝫ ſcribēdo. Teſtes ſunt caracteres. Ep'la. CCxlvi:

Conſolatio ſuper querela amici predicta.

Non eſt q ſatis explicet fidētiſſime vir/q̄ꝫtū doloris aceruū littere tue aīo infuderit meo. Quāq̄ꝫ ſp ac oculis cernerē ſubtimui tuo ſtatui/q in ciuitate cupidius q̄ꝫ felicici⁹ pmāſiſti/ſed duȝ iā res eo ducta ē/vt neq̄at aliter eſſe/fac aīo forti: atqȝ magno ſis/te colligas/viriūqȝ pbeas. Tibi virtus tua pl⁹ dedit/q̄ꝫ fortuna abſtulit. Ea igit te virtute ſuſtētes. Ego aūt viderovt grām/quā tibi imortalē bēo/re ipſa pbē. Tu⁹ ſp fui: nō fortūe amic⁹: Semp me monuit: monebit/dū viuā/amicoꝝ cura q̄s vir

tus mihi meritūq; ꝯciliant. Sed velim ita intelligas / vt q̄ pro te facturus ſū insolutū nō in añceſſū accipias. Ex louanio ea feſtinātia / q̄ digitis ſudorē exp̄ſſit. ¶ Epiſtola. CCxlvij.

¶ Rogatur amicus vt medicū mittat amico egroto.

¶ Si mi petre fortūatus. Eſt apd̄ te medic⁹ arte. ꝛ experiētia preſtās / a quo mihi ꝑ te impetrari exopto / vt me viſitet / ſin minus regimē ſcribat / qd̄ vt certi⁹ poſſit / dices me vexari immiti podagra / q̄ morb⁹ mēbra mea q̄ ad decorē inflectiōis natura laxauerat / iā in tumorē ducit / iam in rigorē ꝯſtringit. Dolor immaniſſimus eſt / q̄ nūq̄ me deſerit / q̄n reliq̄s peiores relinq̄t. Rurſus ex raritate mee tēꝑature / quā medici ꝯplexiōes appellant / tātus mihi aliq̄n glecialis heret rigor p̄cordijs vt nullis poſſi opimētis nulloq; ꝯgeſto veſtiū cumulo caleſcere. Lōgior eſſē / ſed ꝓperat nox auctura dolores. Vale: dilecte vale: viueq; dies lōgos letus: et fauſtus. ¶ Epiſtola. CCxlviij.

¶ Reſpōſio ſignificans medici miſſionem.

¶ Petrus tibi deditiſſim⁹ ſanitatē dicit Dū lr̄as accipio hora iā ferme noctis vndecima exceſſerat: ceꝑantq; iā oculi ſōno graueſcere / quē ſōnū motis aurib⁹ canū more: erectoq; mento mox excuſſi: eūq; diſtuli in tp̄a luc̄ / hauſit mihi lachrimas ep̄l'a tua / qua morboꝝ longā ꝯgeriē tibi vni incubuiſſe ſignificas. Sed nūcius q̄ has celeri curſu ꝑtulit / me magis: lōgeq; magis paueſcere fecit / ex quo tue valitudinis vix verbū vnū excuſſit / q̄ oē ad v̄bū meū ingemuit: lōgeq; plura fletu / q̄ loquēdo ſignificauit / ſed firmo velī pectore ꝑſtes. q̄ primū ſuꝑi celū: diēq; reducēt / aderit ille quē optas medic⁹ ſanitat̄ tue fautor: ꝛ autor.

¶ Rogatur prior magiſter / vt patrē inducat vt filius in pedagogio locetur. ¶ Epiſtola. CCxlix.

¶ Obediētiā ꝯdignā loco ſalut̄. Pr̄ meus magr̄ colēdiſſime cupiēs me molli⁹ educari: Louanij ī domo ciuis me collocauit: ꝛ certe electe ſat̄ q̄ ad corꝑis alimēta. Hōeſta em̄ ē dom⁹: hōeſtior hoſpes: hōeſtiſſima oīa q̄ agūt / q̄ tn̄ cū laicalia: atq; ꝓphana ſit paꝝ ꝓfectui fuiūt meo. hoſpes em̄ n̄ niſi mechāica ſollicitat / cu

ius vxoꝛ moꝛe aliaꝝ de lino:gallinis:et ouis ſemꝑ diſputat. Et qꝛ diu ſciui patrẽ meũ in oib⁹ ꝯſiliũ magnipẽdere veſtrũ:ſcio etiã ſcolaſticas oẽs res vobis ꝙ cognitiſſimas eſſe:atqꝫ nõ latere vos ꝙ vtile ſit in pedagogio ꝯmoꝛari/vbi argumẽtãdo:ſoluẽdo replicãdo ꝯtinua colluctatio eſt. Jbi em̃ vigẽt ſtudia:ꝑferũt ſe ingenia.ſeſeqꝫ exercitãt/vbi nemo ẽ q nõ vel diſcat:vel doceat petat:vel reſpõdeat:ꝑfundatqꝫ lr̃as:vel hauriat. Quater em̃ in die/q pedagogio imoꝛant̃/diſputatiões:et reparatiões hñt abſcẽtibus nobis q extra ſum⁹. Nemo loqtur nõ latine/tãtus ibi litteraꝝ ſtrepitus:tãtaqꝫ doctrinaꝝ ꝯſonãtia/vt clangore quodã videant̃ ꝛ muri:et parietes/tecta ſimul:ꝛ pauimẽta ſciẽtias ipſas reſonare/non aliter ꝙ ſi aeris ꝑticula q̃libet latinis foꝛet impꝛ̃ſſa caracterib⁹/quo ſcolares die nil aliud audire vidẽtur/ꝙ ſciẽtias:nocte aũt ꝙ eaꝝ ymagines. Et licet in pedagogio vita mihi coactioꝛ eſſet:oiumqꝫ agẽdoꝝ licẽtia minoꝛ/i hãc tñ ſniam ardoꝛ ſtudẽdi me ꝑtulit/vt pedagogio libẽter nũc immoꝛarer/cuius incolas vidi ceteros ſemꝑ antecelluiſſe:atqꝫ in omibus ꝓmptioꝛes. Supplico igitur patrẽ meũ infoꝛmare/vt paruis expenſis magnũ ꝓfectũ ꝓferre dignetur. Juuat ſepe carius emere ſi merces fuerint melioꝛes:diciteqꝫ ſibi que in rem faciunt. Scitis quid velim/ſcribo perito/q ex paucis multa ꝯcipere ꝯſueſtis. Ualete feliciſſime:termino et fine ſeclusis.

Rogatur pater a filio vt eum in pedagogio faciat cõmenſalem — Epiſtola. CCL.

Humillimã obediẽtiã cũ veneratiõe ꝯdigna. Pater optime votis meis votiue cũcta reſpõderẽt/ſi dignaremini in pedagogio ſũptus mihi emere/q̃ nihil duco grati⁹:nihilqꝫ foꝛe vtilius. Ne ſcio mihi Louanij de neceſſarijs eſus:et pot⁹ ꝓſpicere vbi cara ſũt oĩa:atqꝫ ſcolaſtica iura excoluere abſqꝫ erogatiõe:ac ĩpẽdio pecunie mľte. Ann⁹ em̃ lõg⁹ ẽ:multã diẽ ꝯtinẽs. Uix etiã adeſt hoꝛa/q̃ nõ ſecũ egẽtiã nouam afferat et qua vicus vnus alterne me non habeat trãſeuntẽ. Priuſꝙ q̃ter in die ſcolas adeam:redeãqꝫ atqꝫ loca varia ꝓ eſculentis:et poculentis viſitem/multa

mihi inter digitos tp̄a diſſiliūt ꝑfectu cū modico:nec video me terminū āni attingere poſſe qn forē hoc mōvel totidē:vel āpliꝰ q̄ȝ inpedagogio expoſiturꝰ.Sic vobis nō ꝓſuȝ meip̄m negligo Eꝫteris ego curis diſtrabor.Interea me ſocij mei paſſibus lō-gis antecedūt/quos nō tā ſeq/q̄ȝ p̄currere conarer/ſi cū eis in pedagogio ſolis litteris deditus eſſeȝ/vbi totū āni meū in ſolo ſtudio deſixū haberē: ⁊ vbi ad manū ſp̄ adeſſent magiſtri meis dubijs ſatiſfacturi ingenioꝝ duces:⁊ faces:nec minꝰ haberē cō ſunctos mihi ſocios ml'tos ingenio:⁊ diligentia claros/q pul-chro auſpicio p̄ſignāt in adoleſcētia/q̄les futuri ſint etate ꝑue-cta/qbus cū iucūdiſſimū mihi ſtudiū eſſet/omi tedio laboris ſe cluſo.Nā vt equi currēdo/ſic nos diſcēdo aiamur ml'titudine. Valete pater omi felice felicius. Epl'a.CCLI.

Magiſter ſcribit ſcolari conatū eius collaudans.

Salubres tua in vota ſucceſſus. Multo ſuȝ euectꝰ gaudio litteras tuas legēs inſignis adoleſcēs/qbus petis qđ erā q̄ȝ bre-uiſſime ꝯſulturꝰ.Quis em̄vel mediocris ingenij nō ħ intelligat lōge fore vtiliꝰ cū bonis ſtudētibꝰ/q̄ȝ cū laicis hītare.De hac re cū patre tuo ſmonē ml'tū habui/q ꝯſilio meo:tuiſq3 piter ꝓpul-ſatus p̄cibꝰ ꝯſentit tue grate petitiōi/q vltro appetis ſtrictiꝰ vi-uere/vt largiꝰ diſcas:nec potuit pater generoſos illos conatꝰ tuos hec audiēs nō collaudare/q aīm tuū rōni:ſiue vt aliter idē dicam/te tibi ſtudes ſubijcere/vt qn̄q3 ml'tos alios an̄cedas. Det tibi illiꝰ aī ꝯſtātiā:illiq3 aīo lōgiſſimū tp̄s.q dare pōt.De-mū adiecit pī/qđ me rogauit īſerere litteris/vt ſcȝ om̄s curas tuas in id vertas/vt bonꝰ fias:atq3 bonoꝝ magiſtroꝝ tuoꝝ/cū qbus morari cupis beniuolētia nō indignꝰ:⁊ ꝓpoſito tuo vigi-leȝ efficacēq3 opā ſp̄ īpēdas:qđ ſi feceris obligabis ꝑualde me ī tui amorē:⁊ etiā pr̄eȝ tuū nō tibi īidoneū debitorē. Vale:⁊ cer-te gaudētiꝰ/q̄ȝ ſub ſole ardēte cicada. Epl'a.CCLij.

Pater ad filium qui filij aſſentit deſiderijs.

Fili:habet hoc omnis iuuētus/vt leuiter iudicet:et noua ſp̄ affectet. Neſcio ſi leuitate ducaris:vel trabaris nouitate/q

ſic in pedagogio morari deſideras. Si te/vt ſpo moueriſt virt⁹ & ſciētie cupiditas. vt tuis litteris teſtabaris. nō poſſum votis nō acqeſcere tuis. nec deeſſe poſſum boni magiſtri tui conſilijs multo ſale. Minerue cōditis. Jnt res igit̄ ꝯmunē portionē cō⸗ muni more alioꝝ. Polliceare magr̄o tuo ſolutionē i tpe. has ſi bi oſtendens/vt ſciat te hoc facere me iubente. Vale in chriſto atq; taliter/vt que illi placeant ſolum cupias. faciaſq;.

¶ Pater ad filiū ad militiā ꝓuectū ¶ Ep̄la. CCLiij.

¶ Quātū cariſſīe fili tua ex pñtia ſolaciū ceperi ſepatio docet. Creſcit idies amor in te me⁹/neſcitq; ꝯſiſtere. eoq; mag̃/quo dñs tu⁹ te lr̄is ſuis alti⁹ effert atq; ꝯmēdat. Scribit. n. te milicia tuis merit̄ decoratū mlt̄a quoq; alia/q̄ facili⁹ ſpariȝ q̄ȝ credide rim/niſi apud me mlt̄e eēt fidei: & niſi nafa id fieret/ vt facile credat q̄q;/qđ optat/q̄ ſi ita ſint pſeuera: ſin mīn⁹/fac va eſſe incipiant. Si qua tibi tui cura: ſi quis amor glorie: vel ſi quis tibi ad honores conatus eſt/. id ex te ſummope requiro/vt qđ liberali aio abſcedens ꝓmiſiſti indefeſſa cōſtantia proſequaris. Multa ſunt que calamum meum ad alia vocant. Tu igitur va le. ego enim valeo quantum ſolent vetera e contrario compac ta corpuſcula/ſed quo melius valeam: operam dabis.

¶ Ad idem. ¶ Epiſtola. CCLiiij.

¶ Optata ſalute p̄miſſa. Vix credas care fili quātis ob tuaȝ abſentiā vexer āguſtijs: quātiſq; doloꝛib⁹ crucier: iā p̄mū agno⸗ ſco/ꝙ abſētia amorē nō minuit/ȝ accēdit. Audio te militie nūc re fructū: et in capitaneū delectū: et ad prelia proficiſcentē. Jn his fili ocupari duꝝ/ſed longe durius principis iuſſib⁹ ꝯtraire Supplex ego deum oro/vt euntem comitetur. Dij ceptis faueant: adſitq; tibi ſplendens: et imobile ſydus/quo eo duca ris/quo cepit animus: et letus: et ſaluus reuertaris.

¶ Reſponſio. ¶ Epiſtola. CCLv.

¶ Litteras veſtras paterni amoris pleniſſimas metuēdiſſi me pater tanto accepi gaudio/ quantū nu hic calamus depinge re nequiret/etiam ſi ferreus eſſet: vel ex calibe fabricat⁹. Quod

me dñs meꝰ ſuis lr̄is extulit:nõ id merita mea/ꝫ virtꝰ ſcribẽtis
effecit. Enitar tñ/q̃ztũ in me fuerit roboris:atq₃ neruoꝝ/ pat
na veſtigia imitari q̃ indies ħ/ſi q̄ ẽ de me duplicet opinio cu-
raboq₃ p̄teritã ſegnicie̅ meã diligẽtia vigilãtiori ↄpẽſare:nõ ſõ
no:nõ vẽtri:nõ ĩertie vacaturꝰ/a q̃ ſatis me liberat onꝰ qð poſt
adeptã miliciã illuſtriſſimꝰ dñs nr̄ dux humeris meis/qð ſupra
vires hoĩs adiecit/qð nõ tam p̄mere q̃ꝫ obruere me videt/qð
malim ab alijs/q̃ꝫ ex me audiatis. Nunc mihi aio opus eſt nũc
pectore firmo. Valete pater:animoq₃ ſemper fixo tenete/nun
q̃ꝫ poſſe mea obſequia veſtris imperijs ſuperari.

¶ Ep̄l'a dubitatiua ſup̱ militia filij ¶ Epiſtola CCLvi

Salutẽ. Fili q̄ miles creatꝰ ſis:neſcio vtꝝ doleã an gratuler.
Sepe qð icipit ĩ gaudio/deſinit in merore. Per militiã .n. plu
res ad iopiã:ad carceres:ad deniq₃ mortẽ p̱uenerũt. Habes iã
vñ ſp̱ inq̄etus futurꝰ ſis:vl' in gloriꝰ. Quid queſo iuuat hẽc qð
ſeruat vite diſcrimie:ꝛ cuiꝰ p̄ciũ ſãguis ẽ? Traxit te forte vani
tas ad militiã/q̃ vanitas fecũda folioꝝ ẽ:ꝛ frõdiũ/ꝫ ſp̱ fructuũ
ẽ inanis. Si añ tp̄s hãc miliciã ſuſcepiſti/ priuſq̃ꝫ martialibꝰ
artibꝰ ſis imbutꝰ/pudebit apto hoſtio viuere ꝛ inter milites cõ
parere. Fuerit enim neceſſe per milicie titulũ ignorantiã tuã
in apertum exire/quem tamen titulum/ſi digne cepiſti/ gau-
deo/non q̄ habeas:ſed q̄ eo meritus es/queꝫ ſi ſapis fouebis
laboribus/ne turpi ocio euaneſcat. Labor area eſt virtutum.
Nil ſine labore excelſum eſt. Multos labor extulit:ſopor nullũ
Sepius hoc dixi:ſepius hoc repeto/vt altius imprimaꝫ. Vale
Ex Louanio q̄dã calami celerrimo curſu. ¶ Ep̄l'a cclvij.

¶ Alia epiſtola in eandem ſententiaꝫ

¶ Animũ inuictum loco ſalutis. Satius forte fuiſſet fili mili-
tiam humiliter:verecundeq₃ recuſare/q̃ꝫ glorianter amplecti.
Pullulat iudicio meo in orbe damno magno inutilium tan-
ta ſeges militum. Sed ex aduerſo multos vidi/quos ocium fe
dauerat q̄ eos ſuſcepta militia mox deterſit. Tu igitur enite-
re te militie actibus exercere. Ignis nãq₃ de ſilice colliſionibꝰ

queritur:armaqꝫ fiunt confricationibus clariora/quod vt leti⁹ facias:ecce tibi equum mitto/qui ad ſpeciem eſt honeſtus :ad curſū velox:et ſub haſtis aſſuefact⁹. Vale ſtrenue:atqꝫ valenter

Arguit pr̄ filiū ſuū militē nō militarit viuētē Ep̄l'a.cclviij

Neſcio quid audio fili/ꝙ vite maculas induis quas reſtans vita nō facile poterit eluere/ſic te gubernas/vt pertēnuis tue ſpes ſalutis ſuperſit/qui more traſonis tuam militiam veneri deuouiſſe videaris. Licentius ꝙꝫ par eſt veteris etatis vitio/qui non plus vitio reſiſtis/ꝙꝫ aqua ſigillis / cum nemo te erroribus ſic antecedat/quem non facile aſſequaris. Denarios tuos effundis:et proijcis/vt quāꝙꝫ varronis theſauros/vt apd̄ Tulliū ē poſſideres(nō tn̄ illi ſūptui ſubſiſtere poſſes. Perpēdere deberes/ſi ſaperes cū te elato mento diuitē iactes nullū aceruū tm̄ eſſe.quin tandē ablationib⁹ cōſumat. Si tuū errorē ꝑcepta mea nō poterūt ꝯpeſcere/ꝫ ſp̄ ſerpſerit:ſeqꝫ latius fuderit/tādē memineris te tua demētia perijſſe/q meis preceptis ſaluus eſſe potuiſſes. Vale:cautiuſqꝫ tibi proſpice/ne pereuntibus rebus fabula fias.

Epiſtola cclix.

Epiſtola cōmdatica amici ob multa meri tacari

Proſperitatis optatam affluentiam. Quod ore ſperaueram venerande preceptor:calamo committere conſtringor. Velim tibi perſuadeas/nihil me maiori ſtudio a te petere:nihil te mihi gratius facere poſſe/ꝙꝫ poſthabitis omnibus:harum latori beniuolentiam tuam:conſilium ſimul et aſſiſtentiā accommodes / quo intelligat commendationem meam vſui ſibi magno fuiſſe. Dignus enim eſt qui a te diligatur:et tuo ornetur adiumento. Non facile inuenies/in quem vſque adeo digne beneficiū collocaueris/cum quo omnia mihi etiam intercedunt amicitie iura/quem vt alterum fratrem amo/quo nihil mihi carius:nihilqꝫ iocundius. Neqꝫ viuit/cui homini amicicie locum priorem faciam/Excepto ꝙ in hoc ipſe primum locum occupaſti/ꝙ ſi operam tuam illi contuleris: in me collatam accipiam Vale:et ſi forte plus equo de tantorum onerum impoſitione

ↄfido/meã pſũptionẽ excuſet mea ĩ te fiducia Nihil ẽ/ qđ nõ amor audeat/ de quo vere dictũ ẽ. Audacẽ faciebat amor. Tu aũt pmitte/ qđ ruſ⁹ ab alio dĩ. Oia vincit amor. In vtrũqꝫ ca dit qđ ſeqt. Nos ergo cedam⁹ amori. Rurſ⁹ vale: et qdẽ taliter vt duplicationem verbi duplicata valitudo ſequatur.

Alia ↄmẽdaticia ſub alijs vbis: ⁊ forma. Epl'a. CCLx.

Salutes multas: ⁊ longas: et ſepe reſũptas Lator harum deprecatorẽ me pro ſua cauſa popoſcit/ cuius votis/ ſi nõ pa ruero/ vereor ne eius in me meritis teſtimoniũ non ſatis exple uerim. Ita enim a me diligitur/ vt tibi vni cõcedam/ preterea nemini Si igitur amoris aliquid in te reſidet/ reſidet certe plu rimum/ id rogo oẽ in huius amici mei cauſa deffundas. Gra tiſſimum mihi feceris/ ſi huic amiciſſimo meo tantuꝫ tribueris/ q̃tum cui tempis vnq̃ꝫ tribuiſti plurimum/ quẽ ſi deſeras/ nõ eſt homo alter in quem ſpem transferat. Perſuaſum mihi ha beo/ nihil eſſe/ quod a te impetrare non poſſim. Pro tua igit prudentia dicti latoris iuſticiam ſinceram: integramqꝫ ſeruabis et bene valebis: mei ſemper memor: et amans.

Epl'a merã credẽtiã ↄtinẽs Epiſtola. cclxi.

Plurimas iugi cremento ſalutes Mitto ad te famulũ meũ quo non fidelior/ quo non ſecretior alter. Parcus ego iam tẽ poris/ non poſſum latius ſcribere: neqꝫ tuas litteras peto da turas moram nuncio/ cui redeunti non tam equi curſu/ q̃ꝫ vola tu op⁹erit: ipſeqꝫ nũcius nobis calam⁹: epl'a: lingua erit: ⁊ fides eius cõe ſigillũ. Sꝫ h ſiſto: hic taceo. Nam ſi de breuiſſio tpe q̃ bas ſcribere cogebar q̃relã depingo/ iterea mihi tps ego breui⁹ effecero. Rogo tñ cogites: nõ qd ipſe/ ſed qd eius equus pote rit/ quẽ cõmutabit/ ſi id neceſſe iudicaueris/ ne nimia feſtinatõ feſtinationẽ tollat. Vale diu ſane: ſed ſemper feliciter.

Epiſtola commendaticia amici ad amicũ commendatuꝫ amicum qualificans Epiſtola. CCLxij.

Id modicũ qđ poſſum pro ſalute. Cõmẽdo tibi aiciſſime vir hāc latorem/ cuius res in turbido ſic poſite ſunt/ vt curam

amicoꝝ exigat/alioquin diſpēdiū ſubiturẽ. Hic te rogo vt digne ris eūdē inter vlnas tui amoris ãplecti/q me totū tenet:et poſ ſidet miro dulcore fauoris. Dign⁹ vtiq; tuo amore/apd quē nō min⁹ honeſtas:ꝗ apd alios neceſſitas valet. Fama.n. optima fruit:ꝛ meritiſſia/q plurimū fide:plurimū virtute:plurimū itelli gētia pſtat:et q impēſa ſibi bñficia ita interpretat/ vt dū pora accipit:poſteriora mereat/cui vt adiumēto ſis tantis pcib⁹ po ſco/quãtis vba nulla ſufficiūt:eritq; mihi tãto iucūdi⁹/ qd id feceris libēti⁹:eoq; grati⁹/quo citi⁹. Sis bona valitudie:opãq; des firmã:atq; ſincerã/ne ille ſe a me:ego quoq; me neglectū a te ſuſpicer. Ea tñ ſp ſub lege vt citra tedia ſiſtas. Ex Bruxellis martij die ſeptima:et quidem veſperi dum ſua iam retraxerat lumina celum. ¶ Epiſtola. CCLxiij.

¶ Scribit pr ad magrz filij vt deтminãs fiat ſi ſic magro videat

¶ Scripſit nuper venerande magiſter filius meus ad ſuū ma giſtrum/qui eum prima grãmatice rudimenta coniecit litteras verbis pulchras:et ſenſu fecundas/quas potius credo non ei⁹ ſed ditioribus venis eruptas/quibus ſubnixe ſupplicat/vt cū ſociis ſuis ad gradus procedat. Ego igitur conſilio eius magi ſtri:paternoq; officio tractus eius precibus acquieſco deter minans ſuo vt tempore fiat/ſi ita ſuaſeris:atq; in eum ſtudiū:in geniūq; pſpexeris/quo tãdē firmis neruis nomē magiſterij po tēter defēdere poſſit. Nolo.n.ꝙ domū redeat vacuo vaſi pſi milis:nō re/ſed noie glorībundus. Reliquū nihil mihi eſt quod ſcribã/niſi q amicorū inter ſe coīa ſunt:atq; in omnibus litte ris cadunt. Vale bene:et opto te bene valere.

¶ Rogat ſcolaris magrm ſuū porē/vt prem inducat vt graduari poſſit. ¶ Epiſtola. CCLxiiij.

Seruitiū tam debitū ꝗ promptū loco ſalutis. Ad vos humi li prece confugio magiſter mi cariſſime. Scio ego patrem me um diu animum ſuum induxiſſe nihil vobis non credere ꝟ ma ximam in vos fidem habere:vel in his que ſtudium meum reſ piciunt/apud quē vobis auctoritas:et familiaritas ingens eſt

hereſqȝ ei pſuadiſſime/qđ ex veſtro ꝯſilio traxerit. Nouit etiam quanta diligētia conati eſtis mihi pulchra lrarū inicia infundere. vtinā tāto pfectu: quanto conatu. Fateor ſane q longe e manibꝰ vr̄is alter euadere potui/ſi mea capacitas vr̄e doctrine reſpōdiſſet. Raro ſemē germiat. qđ arido fūdo iactū ē. nec eque ſecuris ſecabit ligni cadēs in nodū: ac in planū ceciderit/qđ nō ſecātis: ſꝫ nodi vitio accidit. Sed miſſis his: ſcitis venerāde magiſter inſtare nūc Louanij determiātiaꝝ tpa/que iā ſi pretereo cū phiſicā audio nō redibūt oportuna. Quicqd de hac re ad patrē ſcribo: conat oia i tpꝰ ptrahere: putās qđ hodie nō fit. craſ eque fieri poſſe: et vt reꝝ inſciꝰ ē nec ritꝰ: nec agēdi formas vniuerſitatū ꝯphendit. oculū in me. vt in pueꝝ gerit: etat ē ſolū metiens. cui exiſtimat gradum nō ꝯgruere: videt qȝ ſubuereri. ne viridi tribuat. qđ maturo debitū ē. Rogo igitur prece cum maxima ex corde fluente. quatenus eundem pio veſtro cōſilio inclinare dignemini. q me cū ſocijs meis ad gradum proueheat nec laboribus meis premium deeſſe permittat. Caſurus mihi animus eſt. ſi videro ex flore ſtudiorum meorum nullum mihi fructum reſponſurum: quod ſi ope veſtra ad gradus ſcandere permiſſus ſim. ſpero labore meo id me effectuꝝ. vt in patrem: in amicos. inqȝ omnes deniqȝ mei amantiſſimos honoris gradus redundarit. Idqȝ me curaturum polliceor. ne vel vos ꝯſilij: vel tādē prem peniteat obſequi. Vale in eo: q pſidet oī creato

¶ Pater ſcribit magro ſup gradu filij: partim mentem exprimēs: ptim ꝯſiliū petēs. ¶ Epiſtola. cclxv

¶ Multa ſalute ex corde premiſſa. Rogauit me filius venerande magiſter eo intentius. quo imprudentius. vt eum ſinerem ſuis cum ſocijs ad magiſterij gradum pueheri. Sed q i hac etate tenella ad tam alta: et fauſta auſpitia leuari poſſit: non ſatis habeo exploratum. quod tamen ſi facile poſſit: cōcluſū apud me iam eſt. non eſſe deliberandum. ſed ſi dubium ſit non eſſe conādum. Filij tamen mei deſiderium parui habeo. Ille enim quid ſibi cōducat: quidue pulchrum: quid quoqȝ decoꝝ i vnā

partē inclinatior non equa lance deliberat. Sȝ certe tua aucto ritas/et ſi ſentire aliter/me facile prouocaret. vel ſi dubitarē tua hortatio me facile ipelleret/vt id ſeq̄rer: qđ tu optimum iudica res: nec adūcā ad alioꝝ ꝯſilia. ſi tua ſint pugnātia. Pluria cala mo ſubſtrari. q̄ ꝯmiſſi nūcio. Uale diu felix: ſemperqȝ beatus

Alia ep̄la i eadē materia i aliā ſniam ¶ Ep̄l'a cclxvi.

Amiciciā integerrimā: atqȝ ſalubrē pro ſalute. Rogo cariſ ſime vir ne filium meum ad gradum admittas. niſi ipſe gradui et gradus illi decori ſit. Nequaq̄ȝ volo vt gradu p̄cedat. quos ſequitur litteris. ne cum doctis pudore taceat: vel impudenti us inepte loquatur. quo tandem vertatur in riſum: et fabula fiat. Non volo. ꝙ redeat vana opinione tumefactus ſolum edo ctus vētoſitatis ineptia ſupbie. Nō. n. birretū magiſtrū efficit nec doctorē anulus: nec laurea poetā. Neceſſe eſt in eo ſit/qđ eū faciat glorioſū. Nolo ꝙ foris gerat nomē ſciētie: ⁊ intus ve ſice more nil niſi ventū ꝯtinēs: vl' more vacui vaſis qđ foris tu met: intus nihil ꝯtinet. Uelim potiꝰ ſimuleƚ ficui fructu: nō flo re iocōde/q̄ȝ ſpine/q̄ nō fructu ornaƚ/ſȝ floribus Nolo ꝙ mihi redeat focoqȝ meo mihi aſinus aſſideat coronatꝰ vano vēto nō rebus inflatus. Ridicula profecto: ⁊ alta cachino digna eſt no minalis virtus/vbi ipſa noia rem patentiſſime mentiuntur. Tunc nomen ſue dignitatis vnuſquiſqȝ veraciter tenet/quan do rem nois poterit potenter exercere. Ego enim in adoleſcē tie mee primicijs ſtudijs incubui p̄hie/ nunq̄ȝ tū graduȝ volui quod reuerentia fecit: non cōtemptus/ad quem/et ſi nō forte ꝑtingere. at ſaltem ſpirare ꝑmiſſum erat. Si tamē colende vir fi lium cenſeas non indignum tanto nomine/placet vt illius la bor gradus honore premietur/quamuis potius ſic viciſſitudo q̄ȝ premium/quod ad ſtudiorum flores graduum fructus conſe quatur. Uale: intentiſſimo animo enitere/ne gradū ſumat niſi fuerit ſcientia preſtans/ne fructu omiſſo in vtili frondeqȝ glo rietur. ¶ Epiſtola. cclxvij.

¶ Magiſter prior repondet ſcolari

¶ Fili. Patri tuo viſū ē/ꝙ gradū petis ad pōpā: inaneq; lac
tātiā nō ſatis intelligēs/qd magiſterij grad⁹ ꝑtendat/ſi tñ ſatis
cōptū baberet/ꝙ aliquā ſciētie ꝑſtātiā ꝯſecut⁹ eēs: ac inter tu-
os ſodales/q̊ ānis equas/ſciētia ꝑflorniſſes/q̊ gradū tuis vir
tutib⁹ meruiſſes/vellet vtiq; te honore merito decorari. Sȝ ve
tur/vt ē mos iuuenū/ꝙ appetētior ſis gl'ie: q̄ȝ ſciētie: aut vir-
tutis: nec certū ſatis hēo qd pr̄i ꝯſulā: Te. n. latere non pōt q̄ȝ
ꝑua tibi erit paterni eris portiuncula. Neſcio an tibi ꝯducat/q
inferior ē fortuna/ſuꝑior ſias ordie. Tot. n. iā repiūtur magr̄i
vt gradus dignitas ex indigna numeroſitate vileſcat. Mltos
ex vniūſitate tua euadere vidi/q nihil illic ſplendoris ſunt aſ-
ſecuti ꝑter magiſterij inane vocabulū eis pudore ſempiterno
adheſurum. Non meo iuditio ille gradus eſt/ſed fumus: et vē
tus eſt/qui cum nuda gloria/nō cū ſcientia: non cū virtute de
currit: Sed ſi te ſcientē preſtiteris/gl'am ꝓpria virtute merebe
ris/nō ꝙ virtus famā pro ꝑcio poſcat/ ſed carere ea: et ſi cupi
as/nō poteris. Ut eni corpus vmbra ſeqtur/ſic virtutem gl'ia
quē tñ adeo delectat / vt legam⁹ neminē eē qui dulcedine gl'ie
nō tāgat. Et apud tulliū ē Trahimur oēs ſtudio laudis. Gene
roſum enim eſt optare quod ſūmū eſt. Conſulo tamen/vt ma-
iorē te ꝯſtruas/q̄ȝ videri deſideras/ne ſis foris tumens: intus
ꝯtract⁹: nec vēto vanitatis inſfleris: virtute carēs: atq; doctri-
nis. Itaq; vt finē faciā: pr̄ breui ſtatuet quid de te fieri velit: ⁊
te certiorē efficiet. Interea nō aliū tibi incitādū ꝓpone: q̄ȝ teip
ſū. In teipſo te inuenies/ſi excutias tibi te. Uale. Illud Ouidij
in te ꝯiecto/dij tibi dent annos. Ex te nā cetera ſumes: tuoq;
deſiderio fauens adſit is/quem penes poteſtas omnis eſt: et
quod feliciter aggredi cupis/det felicius conſummare.

¶ Scribit pater ſuo filio ſuam intentionem de gra
du ſuſcipiendo. ¶ Epiſtola. CCLxviij

¶ Salutē. Fili multo tu deſiderio nō quidē ratione fulcito
ad gradus aſpiras/ſed potius inanis gl'ie titillatione porrecto
Scire te velim/qui ſpecioſo conamine gaudes in litteris ma-

giſteriũ nõ in birro ꝯſiſtere. Gradus.n.niſi ſcale ſit ſciẽt ſap:at
qꝫ virtutũ/q̃s ꝯcumulaſſe tibi pulchꝛi⁹ erit/q̃ꝫ grad⁹:et titulos
Inſiſte igr̃ ſtudijs ſũmo niſu:totoqꝫ aĩ pondere/vt inter tuos
ſocios tua ſciẽtia:tuaqꝫ virt⁹ emineat. Nõ.n.laboꝛo/ꝙ grad⁹ te
oꝛnet/ſi virt⁹:ꝛ lr̃e te veſtiãt/nec volo ꝙ fallacib⁹ alis attollarꝭ
neqꝫ/ꝙ ſic artium nomina queras/quo quod ſcientie defue-
rit:ſuppleatur titulis. Salubꝛius foret deſcendere inſte/q̃ꝫ im-
merito aſcendiſſe. Ingloꝛium enim eſſe pꝛeſtiterit/q̃ꝫ mendatio
gloꝛioſum. Nam omnium oculos fallere non poteris tanto in
te ſtudio defixos/duꝫ parũper emerſeris/quo tibi plus gloꝛie
falſe fuerit/eo plus erit infamie/cum tue ignoꝛantie ꝯſcius cu
pies deliteſcere:ꝛ ocl'os ſapientũ effugere:nec auſ⁹ fueris inter
doctos hiſcere. Poſſẽ ego narrare multos/q̊s ꝑ erroꝛ pari pi
culo dedit/q̃ꝫ ſati⁹ eſt viuis nominibus peperciſſe. Vale in eo a
quo omnis valoꝛ eſt. Epiſtola.cclxix.

Gratulatur vniũſitas de electione ſũmi pontificis:obe
dientiam pꝛofitetur:oꝛatoꝛes mittit:et rotulum petit.
Sanctiſſimo patri domino. M diuina pꝛudentia ſacro ſã-
cte romane:et vniuerſalis eccleſie ſummo pontifici. Humilli-
ma culminis apoſtolici filia vniuerſitas Louanienſis ſemper
ſeruitrix:atqꝫ oꝛatrix vſqꝫ ad deuotiſſima pedũ oſcula beatoꝛũ
Ineffabile nobis ſuboꝛtũ ẽ gaudiũ beatiſſime pater ex creatõe
veſtra in veꝝ vicariũ ſaluatoꝛis in terris. Simul.n.ſpes magne
ſalutis eccleſie nobis accreuit/q firmiter credimus:atqꝫ ſpera-
mus vr̃am ſanctitatẽ oia ipſi⁹ eccleſie tã ſolida ſoſpitate rec-
turã/ꝙ ouile dominicũ pace multo inturbatum ſtabit:atqꝫ qe
tum. Et ꝙ inſutilis crucifixi tunica ſuã ſit integritatẽ ſeruatu
ra. Et ꝙ beati Petri nauicula nullis fluctibus obruetur. Exu
let igitur nobiſcum ether:et tellus:et vaga ponti mobilis vn-
da:oẽſqꝫ chꝛiſticole tenſis manibus:innixis genibus cũ cordiũ
deuota iubilatione regi eterno laudes exſoluant:qui vos ad a
picem ſummi pontificij erexit:et in plenitudinem poteſtatꝭ aſ-
ſumpſit. Et quo lucidius ſanctiſſime pater immenſa noſtra leti

cia veſtre ſanctitati cognita fiat mittimus ad ſacros veſtros a-
poſtolici culminis pedes oratores noſtros viros nobis caros
et doctos mlta virtute pſtātes/q ſanctiſſime clementie veſtre
noſipos oēs tāq̄ humi corā ſacris vr̄e ſāctitatis pedibꝰaio:ꝛ
corpe pcūbētes pn̄tent ac offerāt:ac obediētiā debitā p nobis
cū magna animi gratulatōe humillia mēte pfiteant̄. Ac demuꝫ
deuotiſſimis pcibꝰ vr̄am ſanctitatem iclīare laborāt/vt nr̄is de
ſiderijs p quorūdā noīandorꝫ rotulo digneť vr̄a ſanctitas cō
fauere/quos vt placeat benigniſſime et audire:et exaudire ſan
ctiſſime clementie veſtre deuotiſſimis affectibus ſupplicamus
quam dignetur rex eternus conſeruare longeue feliciſſimis in
crementis:eamqꝫ diu vniuerſali eccleſie preeſſe faciat:atqꝫ pro
deſſe. Ex Louanio in noſtra ꝯgregatione generali apd̄ auguſti
neſ. Julij die tercia. Epiſtola. CCLxx.

Iterū ad ſūmum pontificem ſuper eiſdem in alia forma.
Beatiſſimo in chriſto patri et dn̄o:dn̄o. M. diuina ordina
natōe ſācte romane:et vniuerſalis eccleſie ſūmo pōtifici Uni
uerſitas Louanieñ obedientiſſima aplice ſedis ſp oratrix aduſ
qꝫ deuotiſſia pedū oſcula beatorꝫ Immēſas illas triſticias bea
tiſſie pr̄/q̄s aliquod diebus ptulimꝰ ppter deflēdā mortē ſanc
tiſſie recordationis dn̄i. M. ſacroſancte romane eccleſie ſūmi
pōtificis/nūciatio aſſūptionis veſtre ſāctitatis maximo leticie
iubilo fugauit. Dolebamꝰ.n.oēs ſanctā matrē eccleſiam tanto
preſide viduatam:anxijqꝫ quiſnam ſucceſſurꝰ eſſet in apoſtolici
culminis pontificiū pendebamus. Sed q̄ pmū innotuit ieſum
chriſtum ſue miſertum eccleſie:ac vos in ſolio apoſtolico ſūmū
iam preſidem collocaſſe/tanta fragrantia pleniſſimi gaudij no
ſtra corda perfudit/vt nec calamo ſcribere poſſemus:nec ſatis
voce reſerare. Benedictꝰ altiſſimus/qui ſua benigniſſima pro-
uidentia in hoc nubiloſo tempore/quo dei eccleſia omni vide
tur proſperitate priuata/vos in ſuum vicarium prefecit viruꝫ
quidem ſcientia profundum:virtute clarum:fide perſpicuum
ac cunctis in rebus fecundum pariter:et facundum/qui per ve

ſtraꝫ eminētiſſimā prudētiā: ſāctiſſimāqꝫ clemētiam oīa turbida inplacida: atqꝫ ſeuera facile ꝯūtetis diuina ſp virtute ꝑambula/q̄ vr̄is ſāctiſſimis laborib⁹. piĳſſimiſqꝫ deſiderĳs reſpōdebit vt ſperam⁹. Pro quo inceſſanter oīpotētem nos deuotiſſime oraturos pollicemur: humillimāqꝫ ſiml' obediētiā vr̄e ſanctitati pollicemur in euū: noſqꝫ ipos oēs vr̄e ſantiſſime volūtati paratiſſimos ſeruos ſubmittimus ꝓſtratos ad terrā pedes aū beatos/prout latius oratores noſtri/quos ad ſanctitatē vr̄aꝫ mittimus viuis organis expoſituri ſunt/quos ſanctiſſime: ac clemētiſſime pr̄ vr̄a ſanctitas digneť miſericorditer exaudire/quam ſiml' digneť altiſſim⁹ feliciſſime ꝯſeruare vt diu vniūſali eccleſie ꝑſit: et proſit vt optamus. Datum Louanĳ in noſtra congregatione generali.

¶ Epiſtola. cclxxi.

¶ Scribit vniuerſitas commendaticias litteras pro quodam doctore ſuo ſuppoſito ad ſummū pōtificem

¶ Sanctiſſime clementiſſime pater. Humillima vniuerſitatis Louanieſis. obedientia ſemper reſumpta aduſqꝫ pulueres ſub beatis pedibus cum oſculo eoꝝ perdeuoto. Cum ad ſanctitatem veſtram. M. enim eiuſdē dominationis vr̄e deuotū filium vtriuſqꝫ iuris doctorē acceſſuꝝ audiuimus/omittere nō potuimus quin eūdem noſtris litteris: et precibus q̄ꝫtū poſſemus iuuaremus: ſua bonitate ſic promerente/qui a teneris annis virtuti incubuit vigilanter: et litteris/cui natura non defuit in eum pulcherrima dona deffundēs: neqꝫ ipſemet ſibimet ipſi abfuit. Sed dictas nature dotes officĳs: et litteris clarioris effecit. In tantāqꝫ hominum gratiam eius ſe virtute euexit/vt noſtro inditio digniſſimus ſit/qui inter vlnas ſanctitatis veſtre miſericorditer amplectetur: ſanctiſſimiſqꝫ veſtris gratĳs orneť et fauorib⁹. In ꝑmis. n. fortune ꝯtractior ē/q̄ꝫ littere q̄ꝫ virtus: et q̄ꝫ eius merita poſcāt. Parentes. n. ſanguie clari tot ſūt prolib⁹ onerati/vt eū inflexerit pietas magna pro parte ſucceſſionē paternā fratrib⁹ relinquere ſeſe a puero eccl'aſtico ſtatui dedicando/cuius ꝑſone dignitas q̄ꝫ primū veſtre ſcitati

cognita fuerit/firmiter ſpiramus mox illi veſtram ſanctiſſimam gratiā opulentius reſpōſurā/qđ vt fiat beatiſſime pr̄ humillimis p̄cibus ſupplicam⁹/quo ſentiat nr̄ in teſtimoniū:nr̄aſqȝ etiā ſu pfuſas humillimas preces a pđ ſanctiſſimā clemētiā veſtrā aliquid fidei:et grē meruiſſe/quā ꝯſeruare dignet longo tempore in virib⁹ multis:qui eandem ſponſe ſue eccleſie prefecit rectricem. Ex noſtra generali cōgregatione louanienſi. apud auguſtinenſes ¶ Epiſtola. CCLxxij.

¶ Cōmendatur nepos alteri nepoti/vt ei adiumento ſit

¶ Salutē:ac ppetui amoris firmitatē. Vet⁹ illa amicitia vir mihi ad cor vſqȝ dilecte/que mihi cū hoc latore dies longos fuit expoſcit/vt illi ſim adiutor:et fautor/cui etiā accedit ſāguinis cōiūctio talis vt eū tanqȝ honeſtiſſimā mei gn̄is p̄tē cogor excolere/cui tm̄ afficior/vt nihil addi poſſit. Et quē amore mag̃ cōplectar aliū habeo neminē/cui vt adiumento ſis tantis precibus poſco/quātis v̄ba nulla ſufficiūt: eritqȝ mihi tanto iucundius/qđ id feceris libētius/eoqȝ grati⁹ :quo citius. Tāta eni effulget virtute/vt valde indignū ſit/eū tam diu ſuo clariſſimo iure caruiſſe. Ad te eni accedit ſue cauſe ſalutis auxilium:conſiliumqȝ expetens/qui abunde locū conſilij habes: et auxilij copiam. Fiat igitur/ac illi ſint preces mee preſidio / quo intelligat te mei amatiſſimum:et apud te nihil eſſe antiquius fide:ꝛ beniuolentia. Vale:et ſi quid eſt/quod ex me velis ipera: mox implere conabor:moraſqȝ p̄ſcindā. ¶ Epiſtola. CClxxiij.

¶ Reſponſio ad epiſtolam preſcriptam

¶ Ex penetralib⁹ cordis ſalutes nō nūerabiles. Cōmēdaſti mihi aīce pcare tui nepotis filiū/ī quo oīa pr̄is mox agnoui : cui tā ſimilis ē/vt oēm hoīem ſpectādi admiratōe ſuſpēdet. Non eni lac ſimilis lacti exiſtit:nec poſſū ppēdere qđ alteri inſit qđ alteri deſit. Si.n.vt cuiuſcūqȝ liniamēta ſic etas:ꝛ habit⁹ reſpōderēt/mox alterū:alterum appellabis.quod enim tuis litteris poſtulaſti:ſubito feci:quo ad potui:nil iuſſu moratus:faciamqȝ quod reſtat tam diligenter / qȝ libenter: nec rogandus ſum:

nec hortād⁹. Nā p̄rem ei⁹ felicis memorie: q̄ familiariſſime dilexi ego/hūc familiaritat̄ illi⁹ ꝯſtitui: ⁊ dilectōis heredē. Ꝓderitq̄ ei/ꝙ tā dilectis: clariſq̄ imaginib⁹ originē traxerit: ⁊ ꝙ nunq̄ fuerit p̄ris ſui officiū in me ꝑtermiſſū: neq̄ ei⁹ opam i me refrigiſſe cenſeri/nō breui dixero q̄ letis ocl'is: q̄ blādo vultu me viderit: q̄ comit̄ ſe mihi ꝯiūxerit: q̄ late oīs iocunditat̄ habenas ī meo ꝯſpectu effuderit. Uale: meq̄ tuo frī ꝯmēdatū effice q̄ quotiēs aicos mēoria voluo: mox int̄ p̄mos emergit. Ex louaniovolante manu et celeri penna. niſi me occupatio ingēs ligatum haberet longior eſſem/dum plus erit ocii lati⁹ ſcribam.

¶ Deplangit amicus filiū ſui frīs aufugiſſe/rogatur amicus vt reductioni ſtudeat. Epiſtola. CClxxiiii.

Salutes inumeras et cordiales. Unicū hꝫ filiū frat̄ me⁹ aicē dilecte: nihil p̄ris hñrē/niſi cognomē: ſexū ⁊ formā/quē vt vnicus ē: vnice diligit/cui iā accreuit qđ referre piget: pudet: ⁊ miſeret vitioꝝ maxia ſeges. doletq̄ vehemēter pr̄ in eo creſcētibus ānis: decreuiſſe virtutes/⁊ ꝙ cecis ducib⁹: nō rectis fidat cōſiliis. Nā prudētū vitioꝝ ſalubres monitōes q̄ſi aniles reputat cātilenas Dabis rogo opā ſi eūdē gētiū vſpiā p̄cepis: ꝙ ad ſuū parētē redeat: ⁊ ex flumie erroꝝ enatet. Modū agēdi tibi tua prudētia dabit: nō ē opus docere. Mineruā/nec dare lumina linci ⁊ argo. Ex cui⁹ tñ ſecreto abceſſu pr̄ ei⁹ tāto dolore affect⁹ ē vt more frenetici vage: turbateq̄ loq̄tur: ⁊ agat: ⁊ aſſiduo geitu dolorē effūdat: timēs ꝙ h̄ vitia q̄bus teneris ānis inſueſcit tota etate ſectabit̄: cū magna ⁊ efficax nimis ē vis ꝯſuetudinis cui lōgo tractu ꝯfirmate: vix vnq̄ obſiſtit̄. Trahitq̄ pr̄ oē augurīū peiore via in q̄ doloris affectū nō argno: ſꝫ exceſſū. Mitius iſta ferret ſi alioꝝ caſūs inſpiceret/cui⁹ dolores ſcriptis linire ſtuderē/ſꝫ vereor ne prurienti ocello ꝯfricatio ſit moleſta/q̄ poti⁹ nil aliud agerē: q̄ augere luct⁹: ⁊ renouare dolores. Etiā non eſt aptus ꝯſolator/quem ꝓprii gemitus viucunt: cuius viſceribus molitis fracta in lachrymas verba diffūdāt. Sed vale cogor ep̄l'aꝝ claudē: papirꝗ et oculos a lachrymis abſtergere

Rñſſo ad epl'am pcedētē. ¶ Epl'a. CCLxxv.

